

P V I S



1 6 0 3

70

NVPTIIS

LECTISSIMO
RVM SPONSO
RVM THEODORI

Adamii, V. I. doctoris
clariss.

ET

HONESTISS. AC PV-
DICISS. VIRGINIS MARGA-
ritæ, eximij & doctrinæ eruditæ copia excellen-
tis Viri, Acad. Julicæ profess. primarij, D.
IOHANNIS F. CASELIÆ.

VOTA FACTA NVNCVPA-
tione solemnî carminum.



SERVESTÆ.

Excudebat Bonaventura Faber.

ANNO M. D. XCV.

CV.

87



111

LECTISSIMO

RAVM SPOK

HOMESTAS AC

OTI

112



PARAPHRASIS PSALM.
XXXIII. EXULTATE IUSTI DOMI-
no &c. exposita versibus heroicis

A

Gregorio Bersmano Annabergensi.

Iustitia exultate pij, bona dicite verba,
Iustitia quos tangit amor, depromite laudæ,
Quas decet et par est, laudes, nec nabilia cessen.
Cum citharis, & bis quino discrimine vocun

Huic digitis, huic voce novum procudite carmen,

Huic clangente tuba sonitum date jubila cantus.

Cuius sermo tenax veri, nec fallere gnarus,

Cuius opus vacat interitu, non dentibus aui

Expositum, morsu carpentis cuncta maligno:

Ordine digestum pulcro, compagine firma,

Iustitia præ seq, ferens recliq, tenorem,

Ac bonitate tumens, quam non capit ambitus orbis.

Hoc, quodcumq, vides, constructum corpore mundi,

Diuersis ac tot variantia membra figuris,

Ignisq, auræq, & pelagi, terræq, jacentis,

Quotquot & his sua deducunt exordia causis;

Quæq, vago stellaradiant & sidera celo,

Pars procerum similes, pars & sine nomine vulgus,

A 2

Noctur.

Nocturnamq₃ facem, Solis cum luce diurna,
Accinctum ad nutus populum iussusq₃ parentis,
Non secus atq₃ Ducis signum qua castra sequuntur;
Extudit omnipotens tot rerum condita Verbum,
Æquæuum Patris Verbum, de numine numen,
Amborumq₃ sacer procedens spiritus ore,
Numen idem, communis amor, nexusq₃ perennis,
Æterni patris virtus, digitusq₃, manusq₃,
Qua circumfuso libravit in aere molem,
Et maris arctatas aluo compefcuit undas,
Collectasq₃ sinu penetrabilibus abdedit imis,
Ne sorberet aquis effusa licentia terras.

Hunc ergo metuat domus utraq₃ Solis in orbe,
Hujus ad horrescens nomen famamq₃ pauescat,
Tellurem quicunq₃ colit, quocunq₃ sub axe.
Illius emicuit decreto fabrica mundi,
Vox operis dum pondus habet, factiq₃ voluntas,
Omnia quæ constant; quæ servat voce creata
Ex nihilo, in nihilum retrò ne lapsa remanent.
Dissipat ille viram magno consulta paratu,
Et ventis tradens decreta ferenda per auras,
Euentu fraudat molimina dira secundo;
Ipsius cum stet nullo mutabile seculo
Consilium, duretq₃ tenax sententia pacti,

Per-

Permansura, suum tellus cum finiet ævum:

*Felicem quater o gentem, quater atq; beatam,
Cui facilem, cui se præbet Deus ipse benignum!
O fortunatum populum, sua si bona norit,
Adscitum sibi quem delegit amore peculi!*

*Æthere prospectans summo, solioq; corusco,
Ac sua suppositis defigens lumina terris,
Terrigenam astrifero genus omne recenset olympo,
Aduertens vitam, mores, studia, atq; labores.
Quippe horum finxit qui renes, pectora, sensus,
Et penitas animi nouit cordisq; latebras,
Nititur hoc vitæ fulcrum, columenq; salutis:
Nec tutum præstat numerosa potentia regem,
Nec vastum eripiunt vires moleq; gigantem:
Et fuga fallit equi, Boreæ perniciosior alis,
Robore confisum fiducia fallit equino.
Hos igitur sua fata manent: sed Ioua timentes
Numinis, atq; sua fretos bonitate tuetur.
Hos oculis seruat, nec spe frustatur inani,
Hos saluos præstat medio discrimine leti,
Et victu pascit ieiunia ventris opimo,
Mortis alumna famas vacuat dum ciuibus vrbes.
Hoc spes fixa sedet nobis auctore salutis,
Huius operum sibi funestis animosa periclis,*

*Huius praesidium clypei sub tegmine spondet,
Augurio non falsa suo. quia numine fretis
Ipsius, intrepidam pertentant gaudia mentem,
Gaudia sperata fructu conflata salutis.
Sic tua, sic porrò nobis sit gratia prestò,
Summe parens, sic nos foueat clementia, ceu spes
Annuit, Et verbi fiducia nixa tenore.*

AD
CLARISS. V. THEODORVM ADAMIUM V. I.
Doctorem dignis. sponsum, & uxò gratulatoria, de nuptijs cum
lectils, virgine Margarita, eximij viri D.
Iohannis F. Caselia.

Vnio legitimi consors est nupta cubilis,
Vatis Idumai quod sacra verba docent.
Scilicet afflicto dat vires unio cordi,
Solamen socio dulce marita viro.
Hæc tecum versans animo, clarissime sponse,
Non dubitas Veneris subdere colla iugo.
Caseliamq; tui, tam re quàm nomine baccam,
Participem thalami Margarin esse cupis,
Moribus egregijs nympham, vitæq; pudicæ
Dote sui dignam nobilitate satas.
Caselio dignam, qui nostri est gloria secli,
Cui Sophia fetum pectus utraq; scatet.

Alter

Alter qui Latia Sol est Graiaq², loquela,
Omne quod nomen conueniente refert.
Gratulor hanc, Theodore, bono tibi sidere jungi,
Comprecor & tedis omnia fausta tuis.
Sis felix, Deus ipse tuos fecundet amores,
Vincula coniugij prosperet atq² tui.
Sint procul à vestro curarum nubila lecto,
Nec fera conuictus gaudia turbet Eris.
Pax adsit, mensaq² dapes Concordia cingat,
Ambiat & Charitum blanda cubile trias.
Auguror, euenient: vestri Deus auctor amoris
Annuit, & nutu prospera signa dedit.

Gregorius Petrus Berfmani

Handwritten text in a historical script, likely Gothic or similar, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a date, appearing as bleed-through from the reverse side.



Jf 4600

ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

V077





LXXII

70



NVPTIIS

ECTISSIMO
VM SPONSO
VM THEODORI
Adamii, V. I. doctoris
clariss.

ET

ONESTISS. AC PV-
ISS. VIRGINIS MARGA-
ximij & doctrinae eruditae copia excellen-
Viri, Acad. Juliae profess. primarij, D.
IOHANNIS F. CASELIÆ.

TA FACTA NVNCVPA-
tione solemnium carminum.



SERVESTÆ.

Excudebat Bonaventura Faber.

ANNO M. D. XCV.



84

CV.

